



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1163.

nos autem, Domino miserante, soluemus, qui confitemur nos non artificio ciuili, sed re ipsa interueniente naturaliter obligatos. Utinam, bone Iesu, detur & mihi tecum pro spiritualibus tuis temporalia mea commutare! Utinam sanguinem meum tibi pro tuo recipere placeat in solutum! Vel quia crediti & debiti sanguinis, scilicet tui & mei, inuicem æstimatio non concurrat, saltem benignissima acceptilatione liberatus absoluar, qua scilicet consueuisti iustitiam accepto ferre sine operibus, & præmia sine meritis, pro gratia scilicet bonæ actionis gratiam retributionis inferre.

TITVLI
CANONVM CONCILII
TVRONENSIS.

- | | |
|---|--|
| I. <i>Vt prebende qualibet non recipiant sectiones.</i> | VI. <i>Vt clerici auaritiam fugiant.</i> |
| II. <i>Clericis usura prohibentur.</i> | VII. <i>Vt decani vel archipresbyteri ad causas ecclesiasticas terminandas ab episcopis non constituentur.</i> |
| III. <i>Vt laici ecclesiastica non usurpent.</i> | VIII. <i>Vt religiosi secularia studia vitent.</i> |
| IV. <i>Vt cuncti Albigensum hereticorum consortium fugiant.</i> | IX. <i>Inualidas esse hereticorum ordinationes.</i> |
| V. <i>Vt sacerdotes annuo precio ad regendas ecclesias non conducantur.</i> | |

PRÆFATIO.

ANNO igitur incarnationis dominicæ MCLXIII. indictione vndecima, anno quarto sui pontificatus, quarto Kalendas Iunii, sæpe dictus Alexander papa in ecclesia sancti * Mauriti Turonis Concilium celebrauit, in quo interfuerunt secum cardinales numero 17. episcopi 124. abbates 414. & aliorum, tam clericorum, quam laicorum maxima multitudo. In quo nimirum apostolica constituta sunt roborata, & hæc noua promulgata capitula.

CANONES.

I.

Maioribus ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis * videtur, vt * mi-

Concil. Tom. 27.

Zz ij

* esse videtur, * iunio-tes